

A Persidiam, fraudes, atque omni crimine lucrum... Quæstium, & paros gladio, vel pycide nummos?

Ex Comicis Græcis. N'ip d' x'p'is x'p'is d' i'p'is p'p'is. Non odit unquam vir probus virum probum.

* VIR UNUS PRÆSTANS QUANTUM POSSIT?

Quantum virtutis nonnunquam unus vir virtute præditi, aut consilio, prudentiaque valentis, non sibi, aut suis, sed integre etiam Reipublicæ, & communitati adferat, utriusque paginæ, & historiarum auctoritate docetur.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Tertius Segor, quam ab incendio, quo deflagravit infamis Pentapolis, Loth præsens liberavit, Genes. 19. 29. 30. Tertius etiam Laban, atque etiam testificans ipsimet Jacob, quod experimento didicisset, quia benedixerit ei Dominus propter illud, Gen. 30. 27.

De filiis Israel proditum est, quod ubicumque habitabant, lux erat, cæteris in Ægypto densa caligine connectis. Exod. 10. 23. NAAMAN unus extitit causa salutis universæ Syriæ. 4. Regum 5.

MIGHAS habens puerum sacerdotem apud se, dixit; Nunc scio, quia benefaciet mihi Deus habenti Levitici generis Sacerdotem. Judic. 17. 13. Quid non effecit unus Moyses, unus Josue, unus David, unus Josias, unus Eliab, unus Elizeus, unus Daniel, unus Paulus, unus Gregorius, unus Athanasius, unus Chrysostomus, unus Hieronymus, unus Benedictus, unus Franciscus, unus Dominicus, unus Bernardus, unus Xaverius?

Pulchre proinde S. Chrysost. serm. de virt. & vitis. Sic enim habet: Vir quidem unus recte vivens divina ira omnem populum liberare sufficit: è contra verò civitas omnis corrupta in suam pœnam, atque supplicium imminens eum rapere non poterit. Quod quidem ex Noe liquidius patet, perentibus siquidem omnibus liberatur unus, & ex Moysè hoc idem videlicet, potuit scilicet unus tantam restituere gentem. Quando verò vivos homines, quibus loquendi fiducia sit, nullos profusus invenit, tum verò ad mortuos profugiens. Per eos, inquit, peccata remitto. Quomodo enim fatur? Hanc ego, inquit, mea ipse gratia protego urbem David fere mei causa, quia habet jam pridem vita discessit. Hæc ille.

HISTORICA. Unus Epaminondas Thebanos ad imperium evexit, ut eum videns Agellus, licet hostis, merito exclamarit: o virum magnificum! Unus Scipio longum Romanorum, & Carthaginensium de imperio duellum diremit, illudque Romanis afferuit, ut merito de eo adhuc milite dixerit Cato: Ille sapit solus, reliqui velut umbra vagantur.

Et Metellus gratias egerit Diis Romæ causa, quod alibi non extiterit Scipio. Quin & Numantini hostes Romanorum rogati cur jam Romanos duce Scipione fugerent, quos antea fugarant, responderunt: Oves quidem eadem sunt, sed alium jam habent pastorem. Plut. in Rom. Appob. Uno regnante in Imperio Romano Augusto, alta pax per universum orbem coaluit, sic ut eadem Romani statum auream exererint, templumque Paci perenni construxerint. Etiam Carolo V. Imperatore habens Imperii moderante, passim res Christianorum adversus Turcas, & hæreticorum exortas recens improbitates satis firmo loco iterunt: Belgicisq; Provinciis secuta tranquillitas, rerumque omnium ubertas erat. Quæ omnia illo vita defuncto sensim perierunt, & collapsa fuerunt. Vidimus jam pridem, quomodo Alberto Austro Belgicas ditiones gubernante, non solum pertinax hostis in pacta In-

duciam promptè descenderit, multumque de insolentia pristina remiserit: sed etiam quantum religio Christiana, & divi E. viri nominis honor sub pio illo Principe sumptis incrementum; quoniamque Aulicorum corrupti mores emendati fuerint, cum ad Palatium velut ad cenobium aliquod religiosi cœtus accederent.

* VIR UNUS IMPROBUS QUANTUM MALI AFFERRAT.

Certe exploratum etiam est, vel unus improbi societas quantum damnum integræ multitudini sæpè attulerit, & afferre possit, ita ut verè aliquid mali sit propter vicinum malum, ut habet Plut. in Mercato. Ad. 4. scena 4. Sic legimus Genes. 20. Deum ab Abimelech per somnium dixisse. Propter detentam Saram, reddere ergo viro uxorem suam, & orabit pro te, Si autem nolueris reddere, scito, quod morte morieris tu, & omnia, quæ tua sunt.

Propter peccatum Achæ, qui usurpaverat de anathemate contra mandatum Dei, iratus fuit Dominus contra filios Israel, ita ut permiserit eos percuci à viris Urbis Hai, & corruerint triginta sex ex illis. Josue cap. 7.

Facta est quoque fames in diebus David tribus annis jugiter: & consulit David oraculum Domini, dixitque Dominus: Propter Saul, & domum ejus sanguinum, quia occidit Gabaoiitas, &c. 2. Reg. 21.

Sic aliàs addidit furor Domini irasci contra Israel, commovisque David in eis dicens: Vade, numera Israel, & Judam, quapropter ad eum missus Gad propheta, qui trium rerum ei optionem daret; famis, persecutionis, aut pestilentie. ibid. cap. 24.

Quid verò fuit quod Angelus Domini in castris Assyriorum percussit nocte una centum octoginta quinque millia hominum, quam impietas Semacherb? 4. Reg. 19.

Nonne propter duriciam Pharaonis nolentis dimittere populum tot suppliciorum prodigijs tota Ægyptus afflicta fuit, ac universus illius exercitus in mare rubrum demersus interit? ut constat ex lib. Exodi.

HISTORICA.

Talem fuisse Ajacem canit Virgil. 1. Æneid. — Pallase exurere classem Argivum, atque ipsos portus submergere ponto. Unus ob noxam, & furias Asiæ Oidei? Plut. in Romulo, memorat, cum Romanos, ac Laurentes dira lues popularet, sterelicerent agri, pœcudeque morentur, G. & sanguis plueret, non ante habuisset finem divinam iram, quam deditus ad supplicium, punitique Patricidii. Vide Lucum de Vicinitate, & exemplo.

* Virga.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Virga p'p'is Græcè dicta est, quod vim inferat, scilicet verberando. Alias pro scepro usurpatur, & regni potestative in ligni, quomodo de Christo dicitur: Virga equitatis virga regni tui, quasi sceptrum indicare velit Paltes regius, quod illi, qui potestatem habent, deferre solent. Alioquin communiter pro flagello usurpatur. De quo Salomon. Qui parit virgæ, odit filium. Prov. 13. quamvis hoc nomen Scriptores, per virgam communiter mitiorem intelligit correctionem, sive disciplinam, uti per baculum, & gladium, duriorum. Ita Psal. 22. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt, & alibi frequenter.

USUS, ET CASTIGATIO.

Usus obtinuit, tum olim cum hoc tempore, ut leviora crimina virgarum supplicio, & castigatione vindicaretur, quamvis apud Romanos etiam modis adhibitus fuerit, numerus scilicet idem, quem lictores excedere non poterant, prout etiam hodie apud bene moratos magistratus fieri solet. Qui mos à Judæis tractus fuit, ut quibus præceptum Deut. 25. Pro mensura peccaverit, & plagatum modus, ita dumtaxat ut quadragenarium non excedat, causa additur, ne scdè læceratus ante oculos tuos abeat frater tuus. Quod intelligit Abulensis, ut ex eo notavit Marius in eum locum; de punitioe, quæ semel fiebat: alioquin potuisset censeri in gravi crimine malefactorem puniri, inter ceteris aliquot diebus, alii 40. plagis. Et ita intelligit, quod de se Apostolus scribit, quod scilicet quinquies quadragenas una minus accepit, quasi in causa eadem per intercessus vires quinquies fuisset verberatus, quamvis de quinque diversis apprehensionibus eadem verba non incommode exponantur.

Confide-

Considerandum hic, Judæos voluisse mitius agere cum Paulo, quando dumtaxat XXXIX. ictus ei irrogabant, ne summum viderentur exercere rigorum, quod tamen alii communiter etiam cum aliis quibuscumque actum volent, ne Judæi per inadvertentiam numerum hunc excedentes prævaricarentur legem. 2. Corinth. c. 11.

Apud Sinenfes virgarum loco, durissima arundine per medium secta, digiti crassitie, duas ulnas longa verberantur à ministris Magistratus, qui deliquerint, ictibus tamen non plus decem, & ad summum triginta, nam tanta atrocitate irrogatur, ut subinde ad primum ictum cutis læceretur, carneque frustula diffiliant, sic ut multi ex castigatione moriantur. Ex 1. Nicol. Trigautii de Reg. Sinenfis, qui tamen hoc addit, quod non instar aliarum nationum plagæ hæ dorso excipiuntur, sed nudatis femoribus aut cruribus infra nates, toto corpore procumbendo, idque in publico tribunali.

VIRGA PRO SCEPTRO.

Interim communior est Virgæ usurpatio tam apud Sacros quam profanos auctores, pro insigni potestatis, & magnitudinis, ut videre est apud Demofthenem, Aristophanem, Clementem lib. 1. Pædag. cap. 8. & passim interpretes in illud Psal. 109.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion; etiam Prudentius meminit: Regnum per omne iussus Sacram tenere virgam: Hinc Græcum p'p'is dicitur, est potenter regere. Et Statius lib. 1. ad Hippulatum: Arriague, & multa pulsantur limina virga. Similiter Ovidius lib. 5. Trist. Eleg. 7.

Et quæ prætexta vendendis, Virgaque cum verbis imperio factis.

* VIRGÆ USUS INSUPER VARIUS. SYMBOLA, ET SIGNIFICATIONES.

Apud Ethnicos usum Virgæ varium fuisse constat, meminit Plutarc. in Pompejo, usum illius fuisse in dispositione populi ad excipiendum Regem Alexandriam venientem. Immo & Antonium scribit non cum sacibus, sed p'p'is p'p'is p'p'is p'p'is p'p'is.

Lib. 1. lib. 45. Popikis, inquit, virga, quam manu gerebat, circumscriptis Regem. AUSONIUS testatur, viatores, quos Apparitores vocant, virgam commovere solitos, turbam submovisse, quando celebris conventus habebatur.

Plutarcus tradit etiam virgam ad ferendum usum belli duces, & id Themistocli scilicet Lacedæmoniorum scribit in Themistocle. Atque in illius locum Centuriones vitæ gerebant, quam milites ferrent.

Pastores pro scepro etiam virgam gerere consueverunt, qua ovæ regunt. Unde & Episcopus datur pro insigni baculus pastoralis, quem pedum vocant, & supra sui parte recurvus, quasi ad alliciendum illos, qui à grege segregant, & in unum ovile congregandum.

Hinc Moyses virgam manu tenens coram Pharaone apparuit; & roganti Deo, quid esset, quod tenes in manu tua? respondit, Virgam. Exod. cap. 4.

Etiam Jacob existens in domo Laban foeci sui, virgas amygdalinas, & populeas ex parte decorticatas posuit ante oves in canalibus, ubi effundebatur aqua: ut cum venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & parerent maculosas, & varias, & diverso colore resperfas.

Voluit insuper Deus duodecim tribus Israel totidem virgis fecerit, quando iussit accipi ab earum principibus virgas singulas, quas omnes amygdalinas fuisse constat, easque cum virga ipsius Aaron reponi coram Domino in tabernaculo, ut ipse miraculo ostenderet, quem sibi in sacerdotem elegisset, & etiamnum confirmaret. Numer. cap. 17.

* VIRGÆ MIRACULOSÆ, EARUMQUE SIGNIFICATIO.

Plena est historia Exodi omnium mirabilium, quæ Deus per virgam Moysis dignatus est coram Pharaone, & Ægyptiis operari. Primum enim in colubrum versa, aliorum serpentis incantator devoravit. In colubrum extensa tenebras produxit, aquam in sanguinem mutavit; adduxit ranas, cyniphes, muscas, tempestates, locustas, mare rubrum divisit, ejusque Æ aquas denuo conjunxit: aquas populo sitienti è petra eduxit. Jordanem secuit, aliaque portenta patravit.

Volunt Hebræi hanc virgam, sive baculum, quod ovæ Jethro abegerat, fuisse quadrilateram, atque in ea inscriptum nomen Dei tetragrammaton, ita ut singulis virgæ lateribus unica illius littera esset incisâ.

ARTABANUS apud Eusebium de præpar. cap. ult. ait, hanc virgam postmodum ab Ægyptiis in veneratione habitam, atque in illius memoriam baculum reponi, & coli in templo Isidis, quia existimant, Isidem esse terram illam, quæ baculo Moysis percussa tot prodigia produxit. Cornel. à Lapide in cap. 4. Exodi.

Hæc autem virga significatam fuisse idem Scriptor arbitratur, vicissitudinem, & vices Hebræorum, sive tres eorum status in Ægypto. Hebræi enim virgam, id est sceptrum, & principatum tenebant vivente, & regente Joseph: eo vita functo, virga hæc in terram projecta est, & versa in colubrum, quia Hebræi prius chari, post mortem Joseph exosi fuerit Ægyptiis, ac sicut colubri, qui insidias & necem machinarentur Ægyptiis: rursum hic coluber in virgam reversus fuit in manu Moysis, ut habent Hebræi, quia Moyses populo suo rursus sceptrum, libertatem, & dominationem attulit, ita Lyran. Abulensis, Pesevius.

Symbolicè hæc virga significabatur Ducatus, & summa potestas, quam Moysi datus erat Deus, quia Ægyptiis percussit, & punivit, Hebræos verò rex, duxit, & gubernavit; virga enim hæc fuit, & ex ovium instar serpentis, Hebræi verò amabile instar virgæ, & baculi pastoralis.

Allegoricè, virga est Crux Christi lignea, quæ in serpentem est versa Judæis, & impiis: hi enim crucem, quasi supplicium malefactorum exhorrescunt; sed per eandem, id est, in fine mundi eam apprehendent, scientes, non colubrum esse, sed virgam, id est, Dei virtutem, & sapientiam, ita Sanctus Cyrillus, Orig. homilia 4. Aug. serm. 68. de temp.

Non exigua etiam potentiz suæ miracula Deus in virga Amygdalina, quam Aaron cum aliis 12. tribuum Israel Dei iussu in tabernaculo posuerat. Num. c. 17. Quippe cum arida esset, germinavit bacca, quæ eodem tempore conversa in flores fuerint, ac statim amygdala produxerint.

Abulensis probabiliter censet, hanc virgam deinceps nunquam fuisse delicatam, semper mansisse cum floribus, vel potius fructibus, tum quia perfecti sunt Dei opera, & miracula; tum quia virga hæc perenne fuit memoriale, & testimonium apud posteros rei gestæ, scilicet quod per hanc virgam florentem, Aaron familia esset Sacerdotium consignatum. Hoc enim posteris probari non poterat per virgam siccam, sed virentem.

Appositè vero amygdalo hic, in declaratione Aaronis Pontificis, usus est Deus: quia amygdalus prima inter arbores floret, primaque suas bacca, & flores producit. Unde & Hebr. vocatur שֶׁטֶרֶת Scedet, id est, evigilans, quod prima inter arbores post hyemem evigilet, & floreat. Hinc illud Hieron. 1. 10. Virgam vigilantem ego video. Aliter tunc, virgam amygdalinam ego video, hinc ergo virga amygdalina appositè significat us primogenituræ: hæc enim inter filios est instar amygdali, primò florentis inter arbores; id est, Sacerdotium ad Aaronem, cuius erat hæc virga, pertinere. Fertur quoque amygdalus postrema inter arbores sua folia amittere, ait Philo lib. 3. de Moysis vita: itaque significabat longum, & quasi perennem Hi virorem Sacerdotii Aaronici.

AMBROSIIUS lib. 10. ep. 82. Virga, inquit, illa Aaronis florens quid aliud ostendit, nisi quod nunquam Sacerdotialis marcescat gratia, & in summa humilitate habeat in suo munere commissa sibi potestatis florem. Addit Ambrosius hoc amygdali florentis signum contigisse Aaronem jam senem, & vergentem ad mortem (erat enim ipse hoc tempore, ut minimum 85. annorum) ut significaretur, quod populus senior, & Sacerdotialis, putâ, Judaicus, & Aaronicus, longævâ infidelitatis vestitus cariosus, ultimis mundi temporibus, imitatione Ecclesiæ reformatus, in nova studia fidei, & devotionis emortuum jam tot sæculis florem, per reditivam gratiam emittitur sit.

Symbolicè, & Tropologicè, hæc virga significat, qualis debeat esse Pontifex, & pastor, scilicet primò cum debere esse vigilantem: amygdalus enim vigilantem esse exemplum, & symbolum. Secundò, actiyum, agilem, expeditum in omni opere, & in profectu.

LII 3

A profectu virtutum. Sic enim hæc amygdalus subito, & penè simul, baccas, flores, & fructus producit.

Tertio, laboriosum, fortem, & strenuum. Amygdalus enim cum primo inter arbores floreat, necesse est, ut prima frigora, pluvias, grandines, & ventos excipiat, & superet.

Quarto, austeræ vitæ, & mortificationis addictum. Amygdala enim amara sunt. Aspera, ait Nysan, lib. de vita Mosi, & continentis, duraque debet esse externis Sacerdotis vita; intus autem in occulto, suave quoddam edulium continere, quod tunc manifestatur, cum maturum fuerit, cumque corruptus fuerit fructuosus, & circumfusus cortex, & lignea nuclei testa defracta.

Amygdalus, inquit Philo, significat opus esse aspero conatu, & labore, ut quis dulcem virtutis fructum assequatur, ut quis enim fructu amygdali fruatur, debet prius durum perfringere nucleum, quo fructus contegitur. Hæc ex Cornelio à Lapide Comment. in cap. 17. Numer.

* Virginitas.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

VIRGINITAS Nævia Græcè, Hebraicè Bethulim, à virore dicta est, ait Lessius lib. 4. c. 2. dub. 14. de Jure, & Jusit. quia denotat immunitatem à concupiscentiæ adulatione, quæ adustus fit, cum homo illius motibus consentit.

Dupliciter hoc nomen accipitur. Primo, pro carnis integritate, libidinose contagionis expertis: & sic non est virtus, sed quid naturale, cum quo nascimur; quod etiam inviti perdere possumus.

Secundo, pro voluntate, & proposito illius integritatis, & puritatis servandæ, vel perpetuè, vel saltem usque ad tempus conjugii: & hoc modo virtus est, & quidem si usque ad tempus conjugii duntaxat, non est propriè virginitatis virtus; (nam simul consistit cum proposito virginitatis, & integritatis violandæ) sed status quidam castitatis, ut ait Cajetan. ord. 1. p. ad evidentiam: ubi ad virginitatem, ut denotat statum castitatis, duo requirit: Ex parte quidem corporis, non esse voluntariè pollutum: Ex parte animi, propositum ita se servandi, nisi matrimonio jungatur.

C At virtus Virginitatis profus tale propositum excludit: quia neque in re, neque in affectu cum violatione stare potest. Hanc D. Augustinus lib. de sancta Virginitate cap. 13. sic definit: Virginitas est in carne corruptibili incorruptionis perpetuæ meditatio.

Itaque hæc virtus in subiecto supponit, & connotat integritatem carnis, & immunitatem à contagio libidinis, & formaliter in eo sita est, quod hanc perpetuè tueri intendat, omnia illi contraria vitando. Meditationem autem vocat, quia est propositum multam curam, & meditationem postulans, ut illum thesaurum conservet.

Intellige autem integritatem carnis, ut est à natura, adeoque non est in nostra potestate: sed ut illi subest, & inquinari libidinis cogitatione potest, nisi per nos stare.

Differunt autem Virginitas, & castitas, quod illa fit castitas perfecta, quæ consistit in proposito abstinentiæ perpetuè ab omni voluptate carnali tam licita, quam illicita.

* PRÆSTANTIA VIRGINITATIS.

Super Matrimonium.

HERETICORUM DE ILLA RE SENSUS.

D JOVENIANUS etsi fateretur, propter hujus vitæ necessitatem, non conjugales patiuntur molestias, virginitatem esse præferendam, nec ipse uxorem habere volebat. Hæc Aug. heref. 82. tamen apud Deum hos status pares fecit affirmans non majoris esse meritum virginitatis, quam matrimonii.

Dicit, inquit Hier. lib. 1. contra Jovinianum, virgines, viduas, & maritatas, quæ semel in Christo lotæ sunt, si non discrepent cæteris operibus, ejusdem esse meriti.

Eadem docent Heretici nostri temporis, quibus addunt etiam deteriora. Primum, Virginitatem non solum non esse majoris meriti apud Deum; sed esse impiam superstitionem, si cum opinione cultus id est, veluti obsequium Deo gratum servetur: Quia inquit, omnis cultus à Deo non præceptus est superstitione.

Secundo, si servetur ob hujus vitæ commoditatem, vel ob Evangelii prædicationem commoda obsevandam, non esse quidem per se malam; stultum tamen esse se ad illam obstringere, aut illam velle servare, nisi quis habeat singulare quod-

dam donum continentis, quod paucissimis datur, & sciat se illud habere. Ita Lutherus in Libro, quem inscripsit Epithalamium, & Calvinus lib. 4. in fit. c. 13. §. 17. 18. & 19.

CATHOLICA VERITAS.

Fide tenendum est, statum Virginitatis conjugio esse præferendum, non solum ratione commoditatis hujus vitæ, sed etiam propter fructum spirituales, & majus meritum apud Deum, acque adeo propter vitam æternam. Probat id fusè D. Hieronymus 1. cont. Jov. & D. August. lib. de bono conjugali, lib. de sancta Virginitate.

Matth. 19. Cum discipuli dixissent: Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere: Dominus dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est: sunt enim Eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: & sunt Eunuchi qui facti sunt ab hominibus: & sunt Eunuchi, qui scipios castraverunt propter regnum cælorum. Qui potest capere, capiat.

In quæ verba S. Augustinus lib. de S. Virginitate c. 23. Sic ait: Quid veracius, quid lucidius dici potuit? Christus dicit, veritas dicit, eos qui pio proposito ab uxore ducenda se continent, castrare seipos propter regnum cælorum: & contra humanam vanitatem impia temeritate contendit, eos, qui hoc faciunt, præsentem tantummodo necessitatem molestantem conjugium devitare, in regno cælorum amplius quidquam cæteris non habere. Hæc ille.

Chrysostomus Hom. 63. in Matthæum: His omnibus, inquit, ad optandum, eligendamque virginitatem inducit. Possibile namque id esse hominibus, hoc se modo confirmat. Cogita tecum, si aut à natura eunuchus esses, aut injuria hominum sic effectus: quid faceres, cum hujusmodi voluptate careres, & nullam carento mercedem consequeris? Gratias igitur Deo agas, quia magna præmia, rusticantemque coronas habebis, si ita vives, quemadmodum cum sine aliquo præmio illi, &c. Vide De Basilium lib. de vera Virginitate.

Eadem veritas probari potest ex 1. ad Corinth. 7. ubi multa in hanc sententiam habentur. Apostolus enim questionibus Corinthiorum respondens, dicit Primo, Bonum est homini mulierem non tangere: unde inferit Hieronymus. Ergo malum est tangere, id est, minus bonum. Nec obstat quod subdit Apostolus: Propter fornicationem autem unumquique suam uxorem habeat, & unaquaque suum virum habeat. Non enim vult dicere, ut quisque propter fornicationem ducat uxorem; alioquin, ut rectè Hieronymus ait, hæc excusatione libidinis laxasset, ut quoties uxori moritur, toties ducenda sit alia, ne fornicemur: sed suam, inquit, habeat, id est, sua utatur, quam habebat antequam crederet, quod sequentibus verbis fusius explicat: Uxorivi debetur reddat, &c.

Secundo, dicit, Volo omnes vos esse sicut me ipsum, id est, opto vos omnes esse cœlibes: præfert ergo cœlibatum conjugio.

Tertio, Dico autem non nubere, & viduas; & Bonum est illis, si sic permanent, sicut & ego. Hic rursus cœlibatum præfert.

Denique probat id ipsum Apostolus hac ratione; Mulier innupta, & virgo cogitat, quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore, & spiritu; quæ autem nupta est, cogitat, quæ sunt mundi, quomodo placeat viro, &c. ubi rationem addere, cur virginitas matrimonio sit præstantior: nimirum quia illa liberat hominem vinculis sæculi, & præbet facultatem perfectè serviendi, & vacandi Deo; hoc verò sæculi vinculis adstringit, & istam facultatem enipit.

Idem probatur Apocal. 14. Nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum, quocumque ierit. Ubi insinuat eximium quoddam præmium preparatum virginitatis, quod aliis non dabitur, quem locum eleganter tractat S. Augustinus lib. de sancta Virginitate c. 27. 28. & 29. & Hieron. supra. Vide etiam S. Cyprianum de habitu Virginitatis, Ambr. lib. de Virginitate. & Basi. de vera Virginitate.

Præclare S. Aldhelmus Occidentium Saxonum Episcopus sub anno Domini 680. 10. 3. Bibliotheca SS. PP. in libello de laudibus Virginitatis c. 9. Cum tres, inquit, sint status in Ecclesia, Virginitas, cœlibatus, & conjugium, ex revelatione evangelicæ didicimus, si meritorum ratio habenda est, cum has inter virtutes constituendum esse ordinem, ut sit Virginitas aurum, cœlibatus argentum, conjugium aramentum: Virginitas divitiarum, cœlibatus mediocritas, conjugium paupertas: Virginitas pax,

A pax, cœlibatus redemptio, conjugium captivitas: Virginitas sol, cœlibatus lucerna, conjugium tenebra: Virginitas regina, cœlibatus domina, jugalitas ancilla. Hæc ille.

S. COLETA virgo religiosa ubi clausit extremum vite diem, color, qui fuit in ea decedente, perduravit horis duodecim: inde subito corpus ejus mutatum est in pulchritudinem admirandam: erat enim instar nivis candidissimum, venis colore caruleo elegantissimo passim apparentibus; membra omnino formosissima visabantur, & quæ possent facillè inflechi, odorem mirificum ex se diffundentia, ut in eis innocentia status, & omnimoda puritas reluceret. Istis adeo permoti fuerunt plurimi, ut supra triginta hominum millia ad eam visendam confluerint. Stephan. Jalac. in ejus vita apud Sur. Mart. 6. c. 73.

CATHARINA virgo, & vidua, S. Birgitta filia, cum astantibus fororibus feliciter in Domino obdormisset, tum quidam religiosi viderunt supra domum, in qua corpus ejus exanime jacebat, per dies, & noctes stellam consistere, donec tradita esset sepultura. Corpore autem ad monumentum allato, stella pariter suo visa in loco moveri, tanquam obsequium funeri præstatura. Inter Missarum autem solemniam, corpore in templo deposito, stella mansit pendula supra fœterum; & denique corpore humato stella evanuit. Quid verò vult sibi stella illa de cœlo ad terram descendens, & funeri virginis adstant, nisi virginem hanc demonstrare, quæ purè instar stellæ vixit, cœlestis vite gloria inter virginem jam poitæ? In vita ejus c. 18. apud Sur. 22. Martii.

PETRONILLA virgo forma corporis eximia, sed animi pulcherrime multo præstantior, intelligens virginitatis suæ, quam Jeshu Christo dicat, ab æcerimo generis humani hoste pariter insidias, sumpto fibri tidu spatio ad deliberandum, totum illud tempus jejuniis, in oratione consumpsit assidue petens à cœlesti sponso, ne fando proposito suo vim afferri pateretur. Itaque subvenit de tertio virgini Deus: nam cum divini sponsi amore flagrantem, ubi Euchariistiam sumpsisset, ad cœlestes nuptias evocavit.

Cum Ægyptus Rex Ægypti aqua salutari, cum tota familia Beato Matthæo Apostolo expiatus, & admodum fides in sancto proposito permanentes, excessisset è vita, Hircacus frater ejus regnum adeptus est. Is Iphigeniam Ægypti filiam propter ejus formam, & securiorem regni possessionem, in matrimonium accipere cupiebat, idque se facillè ab Apostolo impetraturum sperabat: quanquam enim eam non solum Christo consecratam videbat, verumetiam jam amplius ducentis virginitatis propositum; tamen ejus animum facillè Matthei auctoritate commoveri, abducque posse existimabat. Itaque hæc spe, fiduciaque fretus Apostolum adit, eique dimidium regni pollicitus est, si hoc virgini in animum induxisset. Hoc illi Apostolus primùm nec placè conceffit, neque denegavit: sed eum tantum admonuit, ut consuetudinem Ægypti servans, sabbatho eò conveniret, ubi verbum Dei prædicaret præsentem Iphigeniam, alique virginitas; conjugium quidem variis laudibus ornavit, ipsamque Deo gratum, immò necessarium esse docuit, præclaris, honestique actionibus, & officiis ornari, si justè, si legitime, si fandè, si integre niretur. Quod si sponsam Regis servus ejus usurpare audeat, is non solum peccare, sed etiam tam grave scelus admittere dicatur, ita eundem virum exuratur, sic qui Iphigeniam Regis cœlorum sponsam, sacro velamine consecratam sciret, quo tandem modo possit potentiori ere-

D ptam in matrimonium ducere? Hircacus tum, qui antè Apostoli verba omnia laudaverat, ita eundem facibus concitatus, dicebat Iphigeniam, Iphigeniam autem spectante populo se ad pedes Apostoli misit, oravitque eum ejus nomine, cuius Apostolus esset, ut, si sibi, sicutque virginitas omnibus, quæ Domino ipsius sermone consecratæ essent, manus imponeret, quò facillius minas Regis possent continere. Ille ejus precibus adductus, Christianique præsidio, ac spe fretus, contempto Regis odio, velum omnium capitibus apostolice dicitur: Misit sacro peracto, ad aram, in qua Christi corpus consecratur, reversus, cum ibi passis manibus precrearet, cum licet ab Hircaco missus securi percussit. Quo factò, Hircacus omnium nobilium uxores ad Iphigeniam proficisci iussit, quod carum vite precibus, five cohortationibus illam flecti, adducique posse speraret, ut ipsi in matrimonio collocaretur. Quò cum illa nullo modo deduci posset, magos convocavit, qui eam demonum præsidio usi raperent: sed nihil ars eorum potuit. Itaque alia via rem aggreditur: Incendere constituit locum, in quo Iphigenia una

cum cæteris virginibus diu, nocteque Deo serviebat: Nec verò subiecti ignes nocere potuerunt, flammaque circum domum tantum apparuit. Quin etiam Angelus unà cum Matthæo visus esse dicitur, qui Iphigeniam bono animo esse juberet, nec ignem timere, qui in eum, à quo paratus erat, redaturus esset. Vix Angelus sinem dicendi fecerat, cum ventus ortus est, qui suo impetu flammam à domo Virginitas ad Regis palatium transtulit, ut consumptis omnibus ipse cum filio, quem unum habebat, agrè potuerit evadere. Quamquam illud supplicium multo levius ei accidisset, quàm quo affectus est. Nam & in illius filium caco-dæmon invalit, cujus impulsu paterna crimina cogebatur confiteri: & ipsum etiam Regem elephantiam totum infecit. Quem morbum cum medici adhibiti curare non possent, ipse vi morbi coactus in gladium incubuit. Joachimus Perionius Benediclin. de gestis Apostolorum in vita S. Matthei Apostoli, & alii.

Diva BARBARA, cum rerum divinarum meditatione animum excoleret, pater ejus à multis, iisque nobilibus, & potentibus viris, qui sibi illam in matrimonium dari contendebant, impulsus, hoc multis verbis ei suadere conatur. At illa præcisè negat se velle nubere: Stultum enim fore dixit, se jam semel celesti sponso dicitam terrenas nuptias inire, hocque pacto à rerum divinarum contemplatione abduci non potuit, quia una suavissima cogitatione tanquam saluberrimo cibo ejus anima alebatur ad æternitatem. In vita ejus apud Surium tom. 6. die 4. Decemb.

Cum PIPINUS sanctæ Gertrudis parens Dagobertum Regem ad mensam invitasset, fore in comitatu ejus adfuit adolescens quidam Austrasiorum Ducis filius, qui Gertrudis moribus & ingenio delectatus, cum à Rege, tum à Pipino, eam sibi conjugem dari postulavit. Rex non parum hoc postulato gavisus, patrem puellæ ad consentium nuptiarum hortari cepit: ipsamque puellam cum matre adduci imperavit. Illa, quid rerum ageretur, ignaræ, protinus Regis imperio parentes advenierunt. Quibus Rex verbis amplissimis, & genus adolescentis, & honores, & divitias prædicare cepit, nihilque non moliri, ut puellam ad tam celebre conjugium invitaret: Tum Gertrudis indignabunda. Ego, inquit, o Rex; neque hunc auro fulgentem, neque mortalium quenquam quibuscumque titulis decoratum, sed Christum Deum, & Dominum meum, sponsum mihi elegi. Hoc audito Rex, tenera puellæ responsum admiratus conticuit, Adolescentem autem pudore, pariterque indignatione affectus recessit. Sur. in vita ejus 17. Martii, Tomo 2.

Nonnulla etiam virgines, ne ad matrimonium traherentur, formæ suæ pulchritudine in aliorum scandalum, & ruinam sunt abusa. Inter cæteras verò Augardis virgo in Gallia Lothario regnante fuit, quæ cum à parentibus, Austero Principi viro, qui postea Rothomagensem Ecclesiam erexit, invita desponsaretur, multis cum lacrymis Dominum obsecravit, ne suam pollui virginitatem pateretur. Moxque lepra morbo totum corpus occupante, ob fœditatem intacta dimittitur; & ne in incerto esset, cur id mali ei accidisset, continuo sana evasit. Apud Sur. in vita tom. 1.

In Portugallia sancta Vvilgefortis virgo, Regis Portugallie filia, pro Christianæ religionis, & pudicitie defensione decertans, cum à Christo sponso suo deformati rogasset, ne ab amato ad nuptias expeteretur, subito illi factis promissa excrevit barba. Hæc apud Belgas pluribus locis collitur, sed sanctæ Ontkommere appellatione fortè à depellendis curis, atque incommodis. Ex Martyrol. Roman. & Molan. ad Vvilgefortem.

Memorable quoque ad hanc rem exemplum est, quod de Sancta Birgitta traditur. Hæc namque virgo inter Scoticas puellas pulcherrima, cum à parentibus, & quidem Christianis viris in matrimonium peteretur, & illa virginitatem Deo vovisset, eundem oravit, ut aliquo corporis vitio ipsam devenustaret, quo procorum inquietudo facillè sedari posset. Itaque cum oculorum decore maximè placuisset, alterum subito ulcere percussum amisit. Cui ergo charior oculis fuit virginitas, quanto pulchrior fuit in conspectu sponsi cœlestis, tanto istis terrenis, qui jam illam, quam paulo ante tam ardenter appetierant, desponderi sibi designabantur visa est defensorum. In vita apud Surium tom. 1.

VICTORIA virgo Romana Eugenio viro pagano desponsata, rogante Tito Aurelio, qui sponsam Anatholiam virginem habebat, ad suadendam eam, ut ei nuberet, perterrita. Cui

& dixit: Audi me, domina soror Anatholia, & ego Christiana sum, & novi, quia Deus nuptias non condemat. Propheta, & Patriarcha conjuges habuerunt, & posteritas eorum a Deo benedicta est: nunc ergo audi me, & accipe virum, qui te non prodat, quod sis Christiana, sed per maritalem copulam fiat, ut ipse Christianis consentiat. Hæc dicenti Victoria virgo Anatholia respondit: O Victoria, vince diabolum, & esto vera Victoria. Tunc quando tota terra vacua erat, dixit Deus hominibus; Crescite, & multiplicamini, & replete terram: nunc plena terra, postquam Filius Dei de caelo descendit, quotidie clamat: Crescite in fide, multiplicamini in charitate, & replete caelos; quia appropinquavit regnum caelorum. Iterum inter alia, & post alia, sancta Anatholia intulit: Ego die, qua explicui pretium ornamentorum meorum in pauperes Christi, vidi per visum juvenem aureo diademate splendidum, in vestibus purpureis, atque gemmatis, qui grata facie, & læto vultu me suspiciens, ait: O virginitas, quæ non in operibus tenebrarum, sed semper in lumine versaris. Hæc ego audiens, evigilavi, & cœpi flere: & proiciens me in pavimento, rogavi Dominum, ut is, qui mihi loquebatur, dulcissimos sermones iterum prosequeretur. Sic mihi oranti, & prostratæ idem, qui ante loquebatur, talia mihi subsequitur. Virginitas purpura regalis est, quam qui induit, reliquias eminentior: Virginitas gemma est pretiosa: Virginitas thesaurus est Regis immensus. Huic fures insidias tendunt. Hanc tu evigilans sollicitè custodi, quantumque te plus habere cognoscis, instantius custodi, ne perdas. His, & similibus verbis, & factis incitata Victoria, omne pretium ornamentorum suorum & ipsa distraxit pauperibus. Sicque factum est, ut agentibus sponsis earum Aurelio, & Eugenio, quia nubere illis virgines Christi noluerunt, à Decio Imperatore urbe Romæ pulsa, ad prædica sponzorum ducerentur, ubi fame, & inedia ita afflicte sunt, ut vix ad vespereum modicum panis cibarius ejus daretur, nullogue pacto efficere sponsum potuerunt, ut vel ad nubendum, vel ad sacrificandum animi illarum inclinarentur. Beata igitur Victoria in virginitatis proposito invincibiliter persistens, post multa facta miracula, inter quæ plurimas virgines Domino aggregaverat, percussa est gladio in corde à Pallarcho carnifice, quem rogatu Eugenii sponsi sui Julianus Pontifex Capitoli ad hoc cepit direxerat. *Ado. Epist. Trevirensis in Martyrolog. 23. Decemb.*

AMMON vir sanctissimus, cum adolescens esset, à nuptiis abhorruit ille quidem; sed tamen cum nonnulli amicorum eum hortarentur, ut non ita contumeliosè nuptias insectaretur, sed uxorem duceret, illis morem gessit, venique ad nuptias. Ac statim ut virginem è thalamo exemerat, & confecta cum pompa in interius deduxerat cubiculum: tandem ubi necessarii illius decessissent, arrepto in manu libro epistolæ Pauli complectenti, primum epistolam illius Apostoli ad Corinthios cœpit legere, præceptaque illius de nuptiis conjugum exponere: deinde aliunde multa adiciere, docere nuptiarum incommoda, quam tristis sit inter virum, & mulierem vitæ consociatio, quam acerbis dolores mulierem gravidam pungant. Addere etiam molestias, quæ in liberorum educatione inesse solent; postremò virginitatis commoda perferre, & quatenus vita pura, inviolata, & ab omni labe sit libera: & quòd virginitas non ad Deum quam proximè faciat accedere. Hæc, aliaque multa apud virginem uxorem eloquuta, persuasit illi, ut priusquam congregarentur, eam dicit rationem, quam humana consuetudo postulat, prorsus abicerent. Ambo igitur, quasi federe de eare pacto, ad montem, qui Nitria vocatur, rectè se conferunt: ibique ad exiguum tempus in tugurio atatem degentes, communem vitæ monasticæ disciplinam exercuerunt, nullo virilis, aut muliebris sexus discrimine habito; sed unum corpus, ut est apud Apostolum, fuerunt in Christo. Non longo post tempore nova sponsa, & virgo incoartata Ammonem sic affatur: Non te decet, qui temperantia & castitati colenda te totum dedisti, feminam in tantillo domicilio conspiciari. Quare, si videtur, quique nostrum separant in monastico vitæ genere exercendo se ponat. Hoc itaque de utriusque sententia pactum est: atque alter ab altera segregatus, quòd reliquum erat vitæ, eo pacto contrivit. *Socrat. lib. 4. bist. Eccles. cap. 18. Sozom. lib. 3. cap. 13. Theodor. lib. 4. cap. 16. Niceph. lib. 11. cap. 24. & 35.*

Anno Domini 316. Ovinus Gallicanus, vir summæ virtutis, eximiazque apud Constantinum Imper. auctoritatis, Con-

stantiam virginem specie, ac virtute inter ceteras eminentem sibi in matrimonium postulavit. Constantinus libenter & ipsi & Comitibus, ac Præfectis omnibus pro illo orantibus morem gessisset, si virginem Christo deditam perelli posse ad matrimonium viri adhuc errore gentilitatis infecti duxisset. Quæ ex te cum vehementer animo angeretur, Constantia ei dixit: Noli propterea laborare, pater, sed spontere; si ille Scytharum gentem, quam in Thraciam intulerunt, armis domuerit, fore ut me Consul ducat. Proinde duas suas filias, Atticam, & Artemiam apud me interim ponat, atque ipse Joannem, & Paulum primicerium meum apud se habeat, ut & ipse me per familiares suos alloqui, & ego illum ex filiabus ejus possem agnoscere. Hujus concilii ratione probata, Constantinus rem cum Gallicano confecit: ac postulato Constantia expleto, ipsum in illyricum destinavit. Interim Constantia suppliciter Deo oratione magnopere petiit, ut sibi Gallicanum, & Gallicani filias redigere ad sanctum ipsius cultum liceret, & Gallicanus in Capitolio factis, votisque more patrio nuncupatis, urbe egressus properavit in Thraciam, ac rem cum Scythis magna mole gerebat instituit. Deinde in urbe Philippiensis viribus ab eis obsessus est, ut copiarum suarum exiguitate diffusus, ac pugnis aliquot adversis exterritus salutem suam non in virtute militum, sed in munitione murorum posuerit. Inde à militibus desinitum, ac sese fuga ex obsequio eximere molientem Joannes, & Paulus, quos commemoravimus, monuere, ut votum Deo faceret, se, si victoriam retulisset, Christi cultui dediturum. Quo facto oblata est illi species juvenis statua excellens numero Crucem, qui dixit: Sume gladium tuum, & sequere me. Illo vero obediens, armati apparuerunt milites, qui se illi operam navare dixerunt; & proinde extemplo castra hostium invaderet, & Regem eorum appeteret. Quod cum ille fecisset, insigni victoria negotio nullo potius Regem percumbentem ad pedes habuit, atque hostium nemine violati permisso Scythis ex Thracia pulsis tributum annuum imperavit. Extribuitis autem militum, qui ad se redierant, neminem, nisi in Christum credentem, recepit. Qui verò Christo se devoverunt, ad gradum sublimiorum provexit: ceteros munere militie spoliavit. Postero vero anno revertebat Romanam, atque honorificè à Constantino exceptus, antequam urbem iniret, facta Apostolorum limina in Vaticano adivit, ac gratias Deo omnipotenti more Christianorum de tanta victoria egit. Cujus rei admiratione captus Imperator; Quid hoc rei est, Gallicane, inquit, quod tu, cum ad bellum proficisceris, Capitolium ingressus demum immolasti, nunc victor reversus, Christum, & Apostolos ejus adoras? Cui Gallicanus rem omnem, ut evenerat, enarravit; illud demum adjungens, se tanto à Deo beneficio affectum atatem posthac suam in ipsius Dei servitio consumere, atque à conjugio abstinere firmo animi decreto constituisse; & proinde illum orare, ut sibi succedentem daret, quòd libere posset religioni vacare, & in cognita veritate persistere. Quem complexus Constantinus, filias ejus Christo consecratas edocuit, atque ipsum in palatium duxit, Cui Helena Augusta mater, & Constantia virgo, & Attica, atque Artemia filia occurserunt, inque omnes, atque Augusti generum honorarunt. *Carolus Sigonius lib. 3. de Occidentali Imp. anno 318.*

Divus NAZIANZENSIS Carm. 2. de Virginitate, ita eam extollit:

Inveniens vitam thalami consortem carentem
Totam celesti, vice numeris esse parentis,
Appensam, sacramque electrum, aurumque nitore
Vincensque penitus celerem, mirique serenam,
Prudentemque, levemque excessum vertice, claram
Undique, non terra fixam, immensamque profundo,
Ætherea, sed in urbe proculque à carne manentem,
Dextra amplectantem cælum, visamque senectæ
Ignaram, lævæque manu decus, atque perennes
Divitias non testaceo sub pondere lentis
Passibus in morem domipote membra trabentem;
Non carnis, Christique simul mandata sequentem,
Non, velut amphibiis mos est, in millibus undis
Degentem, atque etiam in terra, nocte, diuque,
Ardua sed penitus mittentem ad sidera mentem:
Et spe, cui prolis generatio carnea cedit,
Cælitus invecia lætam, semperque virentem
Ac puris animi conceptibus, æthere ab alto
Largiter immixtis, puroque à numine fusi,
Contra connubium à Christo ver proflus aberrat,
Æstibus

* DEO, ET ANGELIS GRATA, ADEOQUE ET VIRGINES ILLIS CURÆ.

Æstibus abstraham carnis, variisque caduci
Immersum curis mundi: vel numen olympi
Exigud attingit, levibusque amplexibus urget.
Et infra,
Salve Virginitas divino tradita dono,
Mater inoffense vite, bona maxima fundens,
Christi pars, et spiritibus sociata supernis,
Ignaris thalami, nam magnus conjugis expert
Est Deus, atque Dei rutilans Chorus omnipotentis.
Denique sub finem.
Bruma nives profert, flores sunt Veris amani:
Dat senium rugas, vires generosa juvenis.
Sed tamen & brumæ spectantur tempore flores,
Atque nives gelidæ vernis quandoque diebus:
Protulit & canos juvenis, viridemque senectam
Vidi, & vincentem juvenitiæ robore membra.
Haud aliter, quamvis sit terra uxoria vita,
Castaque virginitas decoratur uxore Christi:
Interdum tamen in terram depressa recumbit
Virginitas, contra thalamum ferit æthere pennis.
Utraque sic simulans, specie mensuris ianai,
Illa quidem rædas, hæc contra Virginitatem.

* EJUS OBSERVANDÆ STUDIUM

Vide Locum de Castitate. Item Titulum præcedentem.

Apud Sinas, teste Magalliano, etiam hodie, nervus pedis eliditur puellis, ne domo exeant.

Audiatur hic Catullus in Epithalamio.
Ut flos in sepiis secretus nascitur hortis,
Ignotus pecori, nullo contusus aratro,
Quem mulerent aræ, firmat sol, educat imber,
Multi illum pueri, multa optaverunt puella,
Idem cum tenui captus desoritur unguis,
Nulli illum pueri, nullo optaverunt puella,
Sic virgo, dum intacta manet, non chara suis: sed
Cum casum amissit polluta corpore solum,
Nec pueris jucunda manet, nec chara puellis.
Egregiè D. Nazianzenus Carm. 3. præcept. ad Virg. monet.
Virgo sis oculis, sis ore, atque auribus ipsi
Virgo, nam tribus his faciliè est decedere recto.
Egregiè tantum patet sermonibus aures,
Turpibus, & sultis claudatur janua verbis.
Et statim.
Nec tamen æterni venit hoc sine numine Patris,
Ut quisquam veneris, sedæque libidinis expert
Vivat, & hoc fragilis maneat tranquillitas in ævo.
Infra.
Vinum Virginitatis probrum est obscænis ira:
Turpius ira malum gravissimè in virgine crimen,
Quam furor in reliquis, iter hoc ad tartara ducit,
Nec rursus quia membra tegit tibi sordida vestis,
Inde supercilium tollas, nam gloria vana
Interdum tacitè in viles irrepit amicitias.
Nec gena possiferum fedis subsultibus hostem
Excitet, bis etiam petulantibus lingue carbinnos,
Lætissimæ vagant, faciunt que corpore quæstum.
At tibi solvatur leni gena candida risu,
Purpureusque rubor confestim gaudia fallat.
Nam qui virgineæ cernunt in fronte ruborem,
His cadit extorto petulantia vicia rubore,
Idem D. Nazianzenus Carm. 16. de beatitudinibus.
Virginitas thalamo melior: sed dedita mundo
Si fuerit, fuxis junctaque pejor erit.
Cæterum D. Nazianzenus Carm. 64. de suo mulierum, ita
habet, ut à quodam Latine vestium. At tu, quæ Deo magno
astas, non est, quod obscurum, & occultum id fore existimes,
si humilis, atque abjecto vitæ generi femineum quiddam admil-
ceas. Sunt enim; sunt quoque interdum in sordidis vestibus
delicia: contra in mollibus gravitas nonnunquam invenitur,
quemadmodum multi norant. At illud quoque velim ne
ignores, rugam unam tibi turpiorem esse, quam maxima,
& gravissima vulneta iis, qui in mundo vivunt. Quo majore
studio tibi prospiciendum est, ne quid professione tua indi-
gnum admittas. Neque enim tam notabilem, ac conspicuam
in sordidis, quam in puris uniusque, & ejusdem coloris vesti-
bus labe aliqua sordiditatem habet.

Narrat Rufinus in prologo Apolog. & S. Adalbelmus de lau-
dibus Virginit. cap. 13. Cum B. Nazianzenus Athenis studiis
vacaret, vidit per portam sedenti sibi, & legenti duas decoras
dextra, lævæque feminas confestim, quæ ille castitatis instin-
ctu, oculo torviore adspiciens, quamquam essent, quidnam
vellent, percontabatur: at ille familiaris eum, & ambitiosus
complexentes ajunt: Ne molestè accipias juvenis, note tibi
fatis, & familiares fumus; altera enim ex nobis sapientia, al-
tera castitas dicitur, & missæ fumus à Domino tecum habi-
tare, quia jucundum nobis, & mundum in corde tuo habita-
culum præparasti.
Hinc consequitur tanta Dei, & Angelorum cum virginibus
communicatio, familiaritas, & protectio, qua illarum vicissim
quasi paradisi eadem virgines illasas, & inviolatas ab omni
vi, & petulantia tyrannorum servaverunt, teste Basilio supra.
Illustre exemplum extat in vita S. Theophila, quæ sub
Maximiano Imp. ad prostibulum damnata, cum eo duceretur,
ita orabat: Mi Jesu, meus amor, mea lux, meus spiritus, meus
custos castitatis, & vitæ, vide eam, quæ tibi desponsata est,
festina, ne lupi tuam pecudem lanient, serva, sponse, sponam,
meam conserva castitatem fons castitatis. Ingressa ergo pro-
stibulum, librum Evangeliorum è sinu protulit, atque teque le-
git: adfuit mox Angelus, qui primum juvenem procaem ad
eam ingredi volentem morte, secundum cœcitate, alios alii
penis multavit; ita ut nemo amplius ad eam ingredi aude-
ret: sed libidine in reverentiam versa, cum plures religione
tacti locum intrassent, viderunt Theophilam honestè sedentem,
& libro incumbentem: adolescentem autem quandam
propè eam stantem, luce quadam ineffabili, pulchritudine
verò incredibili, veluti quadam fulgoris tela emittentem ex o-
culis, qui tandem Theophilam educens ad Ecclesiam, tam-
quam in vestibulo statuens, cum, Pax tibi, dixisset, recessit, at-
tonitis gentilibus, & exclamantibus: Quis est, sicut Chri-
stianorum Deus?
Similia sunt in vita S. Agnetis, Cecilie, Lucie, & aliarum
Virginum: adeoque mirum hoc, & notatu dignum in vita, &
martyrio SS. Virginum, quod cum pulcherrimas ad impurissimi-
mityrannus, promissis, metu, & viad stuprum nullitatis;
immò publico judicio damnatas septissime legamus, fallam ta-
men violatam, sed omnes Deo, & Angelis tutoribus virginita-
tem conservasse: adeoque auxiliè martyrio concipiamus.

VIRGINITATIS ADMINICULA Mores Casti.

Dominica Virgo debet agnoscere, quibus præceptis conveniat insistere: vel à quantis vitiis debeat abstinere: si vult in seculo posita cum Deo esse, & cum eodem post hujus vite resolutionem in claritate celesti regnare, lib. ad sac. Virg. Aug.

Dominica virgo primitus publicos debet vitare conspectus, & placarum frequentiam devitare: atque in domo posita operi lanificio insistere, vel lectioni divinæ. *Ibid.*

Dominica virgo nec ornatu capitis, nec habitu comæ, nec oculis erectis, aut lætis, sed crinibus ad terram cum vultu demisso procedat, ne in se viles inducat amores, non percat, nec aliis causa perditionis existat. *Ibid.*

Dominica virgo ab omni inverecundo sermone, vel risu debet se penitus abstinere, & cum silentio, & disciplina omnem vitam suam ornare. *Ibid.*

Dominica virgo, ut docet Apostolus de viduis, casta judicare non potest, sermone garrula, aut loquacitate verbosa, vel curiositate superflua, immò prostituta, & ad luxuriam magis accensa. *Ibid.*

Dominica virgo nec sermonis fastidia, nec divitiis, nec generis nobilitate se debet extollere, sed in humilitate, & paupertate spiritus Christo accepta, debet, quandoque vixerit, permanere. *Ibid.*

Sit sermo virginis prudens, modestus, & rarus, non tam eloquentia pretiosus, quam pudore. Mirentur omnes te tacentem, verecundiam, te loquentem prudentiam.

Nunquam detractio ex virginis ore procedat. *Hieronym. ad Demet. epist. 67.*

Ubique in virgine comes singularum virtutum est pudor. Hic individuum esse debet virginitati, sine quo non potest esse virginitas, teritur officii pudor, audacia emicat, risus obrept, modestia solvitur, dum urbanitas affectatur. *Ambr. de virg.*

Trepidare virginum est, ad omnes viti ingressus pavere, omnes

omnes viri affatus vereri. Discite ergo verborum vitare lasciviam, Maria etiam tacet in salutatione Angeli. *Idem super Lucam, cap. 1.*

Virgo quæ Christum requirit, non debet esse vulgaris, non in foro, non in plateis, non esse voce querula, gestu lubrica, auditu facilis, vilis aspectu.

* AMISSIO.

QUOMODO FIAT.

Virginitatis virtus amittitur omnibus illis modis, quibus amittitur castitas: quia reipsa ab hac non distinguitur, sed solum ratione, & connotato.

Penditur etiam desiderii turpibus, esse Augustino lib. 1. de civitate Dei, cap. 18. ubi docet etiam corporis sanctitatem amitti per consensum in opus turpe. Idem dicendum de morosa delectatione.

Etiam amittitur voluntate nubendi; quia hæc in proposito abstinendi perpetuo etiam à concessa voluptate consistit. Virginitas tamen amitti vulgo non dicitur, quia manet corporis integritas, atque adeo ipse status, qui communiter nominatur Virginitas.

Penditur etiam virginitas irreperabiliter ex parte viri, per copulam carnalem; ex parte femine per voluntariam claustrum virginalem violationem, sive in matrimonio, sive extrâ; idque sive per copulam, sive per aliam turpitudinem. Hic modus est maxime notus, adeo ut etiam vulgo sciatur hac ratione virginitatem in perpetuum amitti.

Denique per turpes contactus animo libidinose factos interire virginitatem volunt DD. dummodo admittantur ita fieri; numerum tales sint, & eo modo fiant, ut in natura sana necessarii pollutionem excitarent: quamvis forte reipsa in hoc homine ob naturæ debilitatem, vel morbum id non faciant; id enim per accidens est. Non enim videtur dubium, quin per

Sodomiam amittatur illa carnis puritas, quam postulat virginitas, etiam si fortasse non adit pollutio; quia actus ille ob eam causam fit, & ex se est ad hoc sufficiens in tali ætate. Idem censet de aliis turpibus contactibus. Vide Rostium v. Virginitas, & Cajetanum ad 1. corinthios ad 5. hæc ex Leon. Lessor supra.

HIEROGLYPHICA. Incorruptam virginitatem, & castum animi propositum, per Ager significari, id argumentum est: quod ipsa homines à coitu olidos acriter oderunt: ut Plutarchus in præceptis conjugaliibus testatur. *Pier. Val. 26. p. 244. D.*

Sunt, qui perpetuo, claroque smaragdi virore considerato, signum id esse virginitatis velint, idque insuper argumento addunt in patrandæ venereæ, si quis lapidem attingat, eum sponte frangi. *Idem. l. 41. p. 430. C.*

Ad hunc locum reduci poterit seges historiarum ex loco de Castitate, Conjugio, Matrimonio, Stupro, Monachis, & similibus.

* EMBLEMA.

Narrat Plutarchus, Phydiam celebrem Sculptorem statuam Veneris finxisse, eamque restidini superposuisse, tum ut lento

D illo gressu, quo hæc graditur, significaret, virginem clausam, & à publico alienam esse oportere, non vagam, aut ambulatricem: tum quia, sicuti testudo non aliter de loco ad locum movetur, nisi intra resectam suam domum clausa, eamque supra se deferens; ita virgo domus suæ claustra egreditaro debeat, & si aliquando egredi res permittat, ut totam domus suæ molem humeris suis deferre videatur: Hinc & Apostolus ad Titum. 2. hortatur uxores, ut sint domus curam habentes. Sic, & castissima Judith, claustrum amantissima celebratur, cum dicitur seclisse sibi in superioribus domus suæ secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur. *Judith. 6. g.*

Et B. Hieronymus ad Eustochium scribens, Nolo, inquit, te sponsum querere per plateas, nolo te circumire angulos civitatis. Zelotypus est Iesus, non vult ab aliis videri faciem tuam: foris vagetur virgines stultæ, tu intrinsecus esto cum sponso.

Refert Tiraguelus in l. 1. c. 2. Plutarehū scribere, apud Boethios moris fuisse, ut sponsa marito tradenda, curru ad domum illius veheretur, quam cum subiisset, adertant, qui

extemplo curru comburent. Eo symbolo indicasse volentes, ultra et opus curru non esse, eum domi deinceps deberet se continere.

* SCHEMA VIRGINITATIS.

Quidam Genitium, quo significarent virginitati nihil magis officere, quam otium, & torporem, ejusmodi eam febremate exprimebant. Pingebant venustum quandam puellam, capite cœlum tangentem, quæ quidem dextera falicis ramum, sinistra verò examen apum deferbat. Salicis ramus symbolum erat castitatis, ut testatur Hieronymus super 4. cap. Zacharie; quia ejus flos, ex Medicorum sententia, aquæ immixtus: carnis petulantiam coerceat, Veneticæ ardorem mitiget. Cœterum ad custodiam Virginitatis per falicem significatæ, primò necessarium est, ut capite cœlum virgo tangat, hoc est, relictis carnis, mundique illecebris, sapiat ea, quæ sursum sunt, & ad sponsum suum adspiciat. Deinde otium, & desidiam vitet quod per examen apum adumbrant. Conflat enim animalculum hoc laboriosum esse, & longissima itinera conficere, ut idoneam savi materiam congerat, eaque habita, mel, & ceram in hominum usus elaborat. Refert Joannes de Carthagenā 102. part. 1. lib. 3. homil. 6.

* Virtus.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Virtus, quæ à Peris Græcis, & Tummach quasi integritas, sive perfectio Hebræis, quamque à viro dictam vult Cicero 12. Tule. quæ est proprie perfectio naturæ rationalis quæ talis, id est, quatenus est principium intellectus, & volitionis, sic ut tota virtutis ratio ad hatum durum functionem perfectionem immediate ordinetur. Hæc autem perfectio in attingendo vero, & bono honesto consistit.

Rectè igitur Aristoteles 1. 7. Physicæ cap. 3. dicit, virtutum esse dispositionem perfectam ad optimum; quia perfecti intellectum, & voluntatem ad optimam operationem circa sua objecta, & propriam materiam.

Alii tamen latius hoc nomen accipiunt, præ voluntate rectæ, & honestè faciendi. *Lactant. lib. 6. Instit.*

Cicero in Parad. 3. eam dicit esse consentientem, & cum ratione perpetuam constantiam.

Clemens Alexandr. 1. Pedagog. c. 13. congruam affectionem animi, rationi consentaneam. Rationem autem intelligunt Ethici cognitionem tum legum, tum scientiarum, quæ natura animis omnium indit.

Phocylides virtutem in medio duorum extremorum constituit. Nec aliter Arist. 1. 3. Ethicor. qui eam mediocritatem duorum vitiorum definit. Quomodo dixit Horat. Epist. 19. Virtus est medium vitiorum, utrimque redactum.

D. Basilii in Isaia: Virtus est quædam inter excessum, & defectum mediocritas.

S. Hieronymus in Istaia cap. 52. lib. 14. Neque enim, inquit, vitia, & perturbationes invicem se sequuntur, quod de virtutibus dicitur, in quibus nec vitiositas sunt, nec vitia. Id est, nec plus, nec minus, sed omnia temperata.

Plutarchus de liberis educandis: Medium, inquit, in cunctis secare viam, summæ artis, & consonantia est.

Aliter Lactantius de opificio Dei in fine cap. 12. ubi sic ait: Virtus est perferendum malorum omnibus virtutibus excellentia: & quoniam fortitudo ceteris omnibus virtutibus excellentur, est, quicquid vitio contrarium est, virtus dicitur, distincturque: Virtus est affectio animi.

Fortitudinem in rebus agendis, alii virtutem accipiunt, præsertim si cum periculis, & difficultatibus conjungatur. Quod Poetis familiare. Unde Silius Italicus lib. 1.

At duræ evigilant mentes, molemque reponunt Nostis opus, clasfos acunt extrema periculis. Et fractus rebus violentior ultima virtus.

Sic etiam Ovidius 4. Trist. 3. Materiamque tuis tristem virtutibus imple, Ardua per præcepta gloria vadit iter. Hæciora qui noster, felix si Troja fuisset? Publica virtutis per mala facta via est. Ars tua, Typhi, jacet, si non sit in æquore fluctus: Si valeant homines, ars tua, Phæbe, jacet. Quæ latet, inque bonis cessat non cognita rebus. Apparere virtus, arguiturque malis. Dat tibi nostra locum tuis fortuna; capisque conspicuum pietas, qua tua tollat, habet.

Quod

Quodidem expressit Horatius lib. 1. Epist. 1.

Rursus quid virtus, & quid sapientia possit, Utile proposui nobis exemplar Ulyssæ: Qui domitor Troje, multorum providus urbes, Et mores hominum inspicit, latumque per æquor, Dum sibi, dum sociis reditum parat, aspera multa Pertulit: aduersis rerum immeritabilis undis, Syrenum voces, & Circes pocula spreuit: Quæ si cum sociis stultus, cupidusque bibisset, Sub domina meretrice fuisset turpis, & excors, Vixisset canis immundus, vel amica lufus.

GENERA VARIA.

Virtus partitio generalis est, in acquisitionem vel infusam. Acquisita, quam nostro studio, vel actibus efficiamus. Infusa, quam Deus in nobis efficit, de qua loquitur S. Aug. de libero Arbitrio, cap. 18. & 19. ubi asserit, virtutem esse bonam qualitatem mentis, quæ nemo male vitur, quam Deus in nobis sine nobis operatur.

Item duplex est genus virtutum, alterum intellectus, alterum voluntatis: quia due sunt supremæ potentia, & supremæ operationes immanentes, quibus optimo modo natura rationalis vero, & bono conjungitur, & informatur.

Virtus intellectus est dispositio perficiens illum ad cognitionem veri, facit enim infallibiliter modo verum cognosci. Virtus voluntatis est dispositio perficiens voluntatem ad affectum honesti.

Honestum voco, quod Græci τὸ πρῶτον dicunt, id est, decens, decorum. Decorum est, quod congruit cuique juxta præscriptum rectæ rationis: seu quod congruit naturæ rationali, quæ rationalis est, vel absolute, vel supposito tali statu, aut conditione rerum: idque vel per modum operationis, vel per modum objecti, circa quod versatur. Aliud enim decet virum, aliud feminam, aliud Regem, aliud subditum: aliud hominem, aliud Angelum, aliud Deum. Virtus igitur voluntatis in unoquoque est affectus erga id, quod cuique congruens, & decens agere vel appetere.

Virtutum quadam absolute dicuntur tales, & simpliciter, quædam ex parte, ut docet D. Thomas 1. 2. q. 61. ar. 3.

Absolute dicuntur virtutes, quæ non solum præbent facultatem boni operis, sed etiam bonum usum sui, id est, quæ ita voluntatem movent, & afficiunt, ut non possit illis malè uti tanquam principio operationis. Tales sunt omnes illæ, quæ vel inherent voluntati, vel ad sui usum postulant rectam voluntatem, ut prudentia, & fides Catholica.

Ex parte seu secundum quid virtutes dicuntur, quæ solum præbent facultatem boni operis (id est, ut opus in suo genere perfectum fiat) non autem bonum sui usum: ut sunt virtutes intellectuales ejus vite, præter prudentiam, & fidem. Sapientia enim intellectus, scientia, & ars, est mentem perficiens, ut cognitionem veritatis assequatur, & ars etiam dirigat potentiam executivam, ut opus artificiale perfectum reddat: stamen non faciunt, ut voluntas ipsis bene, honestè, & laudabiliter utatur: (possunt enim ad pravam finem adhiberi) & idcirco quatenus tantum præstant, ut ei cognitio vel opus externum in suo genere fit perfectum, non autem ut proveniat ex bono affectu, & ad finem honestum tendat.

Inter eas, quæ absolute dicuntur virtutes, aliæ sunt Theologicæ, aliæ morales. Theologicæ vocantur, quæ immediate circa Deum, seu divinam aliquam perfectionem tanquam obiectum formale versantur, ut fides, spes, caritas. Morales autem, quæ in ceteris rebus morum hominum secundum præscriptum rectæ rationis componunt. Inter has quatuor sunt, quæ dicuntur Cardinales, Prudentia, Justitia, Fortitudo, Temperantia; quibus cæteræ omnes sunt annexæ, tanquam partes quædam potestatis, juxta D. Thomam. Vocantur autem Cardinales, & Principales, non solum à DD. Scholasticis, sed etiam à Patribus. Ambrosius in illud Luc. 6. Beati pauperes, dicit B. Lucian in quatuor beatorum dñabus amplexum esse quatuor virtutes veluti Cardinales. Et infra, Scimus virtutes esse quatuor Cardinales, Temperantiam, Justitiam, Prudentiam, Fortitudinem. Lib. 1. offic. c. 14. vocat eas principales. Eodem nomine vocat eas Prosper lib. 3. de vita contemplat. cap. 18. Greg. lib. 2. moral. cap. 36. & alii passim.

Ratio autem hujus nominis non tantum in eo consistit, quod sint generales quædam rectitudines, quibus tota nostra vita dirigitur, & in quibus velut cardinibus, quibusdam verti debet: sed quia illis nominibus significantur speciales quæ-

dam virtutes, quæ etiam rectè dicuntur Cardinales. Prudentia quidem, quia est cæterarum virtutum fundamentum, & velut cardo. Justitia particularis, non quod excellit se cæteris, quæ alteri debitum reddunt; (sic enim poenitentis Religio esset dicenda virtus Cardinalis) sed quia perfectissimè ea, quæ justitiæ sunt propria (nempe respiciere alterum, & reddere debitum ad æqualitatem) in justitia particulari, quæ est hominum inter se reperitur. Fortitudo, quia versatur in maximis, & difficillimis vel superandis, vel tolerandis: Temperantia, quia versatur in maximis voluptatibus moderandis. Itaque hæc tres sunt principales, tum quia singulæ sibi vindicant aliquam principalem conditionem, & rectitudinem ex prædictis, quæ peculiariter in ipsis respiciantur: tum quia versantur in materia principali, quæ potissimum illam rectitudinem postulat.

Commendantur hæc virtutes Sapientia. Sobrietatem, & prudentiam docet (Sapientia) & justitiam, & virtutem, quibus utilis nihil est in vita hominibus. Ubi notandum Sobrietatis intelligitur Temperantia; Virtus, Fortitudo; resse 5. Aug. lib. 1. Retract. cap. 7. & patet clarè ex textu Græco ubi ponuntur nomina harum virtutum Philosophis usitata; & postea 7. p. ubi dicitur, in dicitur, in dicitur, in dicitur. Vide de Ambrosio, lib. 1. de Paradiso cap. 3. & Aurelii de Genesi contra Manichæos cap. 10. ubi tropologicè has virtutes volunt significari per quatuor flumina paradisi.

Scribit de istisdem hoc modo Greg. in Moral. Sicut quibusdam visum est, de primis quatuor virtutibus loquar. Prudentia, Temperantia, Fortitudo, acque Justitia, quantum perfectæ sunt singulæ, tanto sibi sunt conjunctæ: disjunctæ autem perfectæ esse nequaquam possunt, quia nec prudentia vera est, quæ justa, & temperans, & fortis non est: nec temperantia perfecta, quæ fortis, justa, & prudens non est: nec fortitudo integra, quæ prudens, justa, & temperans non est. Sic ille.

In hac vita virtus non est, nisi diligere, quod diligendum est, id diligere prudentia est: nullis inde averti molestiis, fortitudo est: nullis illecebris, temperantia est: nulla superbia, justitia est. Aug. epist. ad Macedon.

VIA VIRTUTIS ARDUA.

Hoc unum virtuti descripsit vetustas, quod aditus ad eam stercidus, & difficilis. Quæ de re ita Hesiodus.

Τὴν δ' ἀρετὴν ἰδίωτα θεῶν ἀποκαταθέν ἐστιν ἀδύνατον ἴσως δ' ἐξ ἐθῶν ἀποιεῖν τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν εὐνομίαν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων. Πόλις δ' ἵερὰ καὶ ἀκαρτερὰ πρὸς ἀρετῆν.

Ante virtutem Dei sudorem posuerunt Immortales, lingua, & ardua via ad ipsam. Et aspera primum: postquam ad summum perventum fuerit, Facilis deinde est, difficilis quamvis fuerit.

Eleganter Lactantius libro 7. cap. 1. divinarum institutionum. Nemo virtuti favet nisi qui sequi potest. Sequi autem facile non est omnibus. Hi possunt, quos paupertas, & rerum indigentia exercuit, & capaces virtutis efficit. Nam si virtus est tolerantia malorum, non capiunt ergo virtutem, qui semper in bonis fuerunt: quia mala nec experti sunt, nec ferre possunt assuetudine, ac desiderio bonorum, quæ sola noverunt. Eo fit, ut pauperes humiles Deo credantur facillius, qui sunt expediti, quam divites, qui sunt impedimentis plurimum implicati, immò concatenati, & impediti, serviunt ad nutum domine cupiditatis, quæ illos inextricabilibus vinculis irretivit: nec possunt in cœlum aspicere, quoniam mens coelum in terram pronâ, humique defixa est. Virtutis autem via non capit magna onera gestantes. Angustus admodum est trames, per quem justitia hominum deducit in cœlum. Hinc tenere non potest, nisi qui fuerit expeditus, ac nudus. Nam isti locupletes multis, & ingentibus sarcinis onerati, per viam mortis incedunt, quæ latissima est, quoniam latè perditio dominatur. His acerba sunt: his venena, quæ Deus ad veritatem præcepit, quæque nos Deimagisterio, virtute, ac justitie differimus, quibus si repugnare audebunt, necesse est hostes se esse virtutis, justitiæque faciantur.

SOCRATES, cum aliquando in colloquio cum Theodota meretricis formosissima venisset, quæ Callisthenem blandis ad se verbistræhebatur, ad Socratem dixisse meretrici fertur: Ego quidem, o Socrates, multum tibi præsto. Nam cum te neminem ex meis à me possis abalienare, ego cum libitum est, tuos omnes à te avoco. Cui respondit Socrates: Non mirum quidem est hoc, Tu siquidem ad declivem tramitum omnes

nes rapis; ego vero ad virtutem cogo, ad quam arduus plenif- que, & insolitus est ascensus. Seneca autem Philosophus clarissimus adeo corruptos esse hominum mores, ut facile ducantur ad vitia; quorum ut lata est via: abhorreant autem à virtutibus, ad quam acumen ardua, ac spinosa nobis videatur esse via. *Ælian. 13. de Var. hist.*

ANTISTHENES, virtutem esse rem operum, non autem plurimis verbis, multisque discipulis egere dicebat. Adversus eos, qui Juris ac Theologie, pietatisque professionem studio reddunt difficillimam, ac prolixam, perque vitam omnium nihil aliud quam de virtute disputant. *Laertius lib. 6.*

EJUS POSSESSIO UTILIS, ET JUCUNDA.

S. CHRYSOSTOMUS *Orat. 1. de Providentia* indignatur homines parum laborare, ut virtutem possideant, cuius tamen tam utilis est possessio. Quod si scirent, inquit, improbi, in hoc vita curru nihil bonum nisi virtutem solam, non pecunias, non fanitatem, non potentiam, non aliud quippiam, nihilque malum in hac vita nisi improbitatem, & malitiam animi, non paupertatem, aegritudinem, contumelias, qua honorabilia esse putantur, non ita animam abicerent, non ita de rebus humanis statuerent.

SOCRATES, teste *Laertio*, rogatus à Gorgia, regem Persarum putaretne felicem? respondit. Nescio hercule, quantum virtutis, & discipline habeat.

PLATO, ut est in Menexeno, omnes opes, omnem rerum copiam virtuti cedere dicebat.

ARISTOTELES *lib. 1. magnor. Moral.* Virtus, inquit, est honorabile bonum, à quo qui studiosus evasit, cum virtutis habitum induisse certum est.

M. TOLLIUS in *Parad.* Quis dubitet, quin in virtute divitiæ possit fieri, quoniam nulla possessio, nulla vis auri, & argenti pluris quam virtus aestimanda est.

Et *lib. 1. Academ. quæst.* Quod in Philosophia absolutum est, id est virtus, quasi perfectio naturæ, omniumque rerum, quas in animis ponunt, una res optima.

Et *lib. 5. Tusculan. quæst.* Nos virtutem semper liberam volumus, semper invictam, quæ nisi sunt, sublata virtus est.

Plautus in *Amphitruone* :
 Virtus premium est optimum,
 Virtus omnibus rebus anteit profectis
 Libertas, salus, vita, res, parentes,
 Patria, & prognati tutantur, servantur
 Virtus omnia in se habet, omnia adjust bona,
 Quem penes est virtus.

Virtus extollit hominem, & supra chara mortalibus collocat, nec ea, quæ bona, nec ea, quæ mala vocantur, aut cupit minus, aut expavefcit. *Seneca ad Lucill. Epist. 87.* Et, Sola sublimis, & excelsa virtus est. *Lib. 1. de ira.*

SOCRATES, Equus generosus, inquit, judicatur, non quidem sumptuosè ornatus, sed eximius natura: itidem nec vit honestus, qui opibus prædives, sed qui animam virtute præditam gerit. *Eod. sermone.*

Horatius *lib. 4. Carm. od. 94.*
 Non possidentem multa vocaveris
 Rectè beatum: rectius occupat
 Nomen beati, qui Deorum
 Muneribus sapienter uti,
 Duramque callem pauperiem pati
 Pejusque letæ fugitivum timet,
 Non ille pro charis amicis
 Aut patria timidus perire.

ISOCRATES, Virtute nullam possessionem nec honestiorem, nec durabiliorem esse dicebat. *Ad Demonicum.*

EPITECTUS, Anima dedita virtuti firmis est, inquit, perenni fontis, cuius aqua est pura, imperturbata, potabilis, dulcis, accepta, fructuosi apta, copiosa, ab omni noxa, & pernicie aliena. *Stobæus serm. 1.*

Nec Biantis, inquit, *S. Basil. l. de leg. lib. gentil.* saluberrimum dictum præteribo, qui ad Ægyptios cuncti filio, & peregrinanti, quod ei maxime gratum faceret, viaticum, respondit, senectute possidendo, virtutem scilicet viaticum appellans, ac brevi definitione describens, ut humanæ vitæ utilitatem suppeditan- tem definiret. Ego autem, estis Tithoni senectam, & Argan- thonii, ac Mathusalem illius, qui mille annis triginta minus vixisse dicitur. Denique si tempus omne ab initio, quo ceperunt homines, computes, sanè ut pueri sententiam ridebo, ad prolixum illud, & nullis omnino obnoxium seculum respiciens,

cujus nec finem ullum esse menteprehendere, non magis, quam immortalitatem animæ mortem cognoscere: ad cuius possessionem adimonemus comparandum esse viaticum, ac omnem lapidem, secundum proverbium, movendum; unde aliqua nobis utilitas ad hoc consequendum proventura sit.

Virtutis possessionem æternam cum facti tum profani Scri- ptoribus adfirmant, ob id enim mortuos, qui in Domino moriuntur beatos pronunciant S. Joannes in sua Apocalypsi, quod opera eorum illos sequentur, opera utina non alia, quam virtutis.

Quod etiam indicare volens B. Petrus 2. *Epist. c. 1.* ita monet: Fugientes ejus, quæ in mundo concupiscentiæ corruptionem, vos curam omnem subintrantes, ministrare in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Hæc enim fidei vobiscum adiunt, & superent, non vacuos, nec sine fructu vos constituent, in Domini nostri Jesu Christi cognitione.

Quod etiam indicare volens B. Petrus 2. *Epist. c. 1.* ita monet: Fugientes ejus, quæ in mundo concupiscentiæ corruptionem, vos curam omnem subintrantes, ministrare in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Hæc enim fidei vobiscum adiunt, & superent, non vacuos, nec sine fructu vos constituent, in Domini nostri Jesu Christi cognitione.

Quod etiam indicare volens B. Petrus 2. *Epist. c. 1.* ita monet: Fugientes ejus, quæ in mundo concupiscentiæ corruptionem, vos curam omnem subintrantes, ministrare in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Hæc enim fidei vobiscum adiunt, & superent, non vacuos, nec sine fructu vos constituent, in Domini nostri Jesu Christi cognitione.

Et ego quidem, inquit, ex viro gravi, qui maxime Poetarum sensus tenebat, audivi, quæ omnis Homeri poësis, virtutis, & laus, & ejus omnia ad finem referuntur, ut nihil abire, aut parergum sit positum. Maxime autem ubi ducent Cephalentium nudum è naufragio servatum scripsit. Primum quidem reginam apparentem solum veritum esse, tanti modestam, ac nuditatis verendum existimasse. Unde loco vestis virtutis ornatum fuisse, Phæacibus omnibus tanti postea fuit, ut relicti illis delictis, quibus magnopere dediti fuerant, ejus imitarentur exemplum, & se nihil potius optarent, quam esse Ulyssidem, quamquam nudum, & è naufragio servatum. Quo fæc exemplo enarator mentis Poeta nihil aliud Homerum intendere, & tantum non clamare volumus affirmat, quam: O viri, curanda nobis ante omnia virtus est, quæ naufraganti præto adest, & connatat, & in terra nudum existentem honoratiorem Phæacibus delicatis, ac felicibus reddit. Et profectò, sic se res habet. Nam alia quidem omnia non magis possidentium, quam quarumlibet sunt, veluti in talorum ludo huc illuc transposita, virtutis autem sola possessio immortalis, ac immobilis, & viventi, & morienti permanens. Unde Solon mihi videtur illud ad divites dicere. Nos nequaquam commutabimus cum virtute divitias, quod virtus firma sit, divitias vero aliis aliter, ad alias interdum habet.

Merito scribit Simonides: Fertur virtus habitare in rupibus aditu difficilibus, nunc autem ceteram caelum locum tenere, & quæ nec aspicere possit omnium mortalium ciliis, sed ab eodem dem, ad quem sudor venerit. *Clem. Alexander. l. 4. Strom.*

Euripides in *Androm.* ita sensit,
 Όμοιούτουν τάν ά γνάδων
 Ανδράν άρεστέων χρίτων
 Ανδ' άρετήν ή άρετήν κάμω
 Ού τή νύστα μόνος άρεστέων μόνος
 Καί χριςτός έστί άρετήν ή άρετήν έρεστέων
 Νόμισμα κέρτα τών ή χριςτός χρίτων
 Νούττωσαν reliquias bonorum vitiorum aufert tempus,
 Sed virtus etiam morte peremptis lucet,
 Et aurum est, sed virtus hominibus
 Monet recondita est omnibus, qua uti convenit.

Αρετή ή καλή άρετή τίς ή άρετή
 Ζή ή ή άρετή άρεστέων κερταί ή άρετή
 Η άρετή άρετή άρεστέων άρετή άρετή
 Virtus autem, est moriatur quis, non interit,
 Sed vivit corpore non amplius exstante: malis autem
 Cunctis simul evanida commoriantur sub terra.

Haud aliter nostri sæculi Poeta:
 Disserte virtutem juvenens: nam sola beatos
 Nos facit; & dira non timet arma necis.
 Fortuna que minus, aut sevi spicula fasti,
 Quæque facit tremula curva fenestra manu.

ANTISTHENES dicebat, Virtutem esse armaturam, quæ detrahi non possit. Ensis enim, & clypeus excutiantur, sapiens autem, ac virtute præditus nunquam non armatus est, eoque vincit non potest. *Laert. lib. 6.* Idem afflud dicebat: Virtutem sibi sufficere ad felicitatem, nec ullam esse opus habere, nisi robore Socratico. *Laert. lib. 6.*

ARISTOTELES 2. de moribus cap. 3. Difficilius est, inquit, ut Heraclito placet, voluptati repugnare, quam ita, ac circa difficilissimum semper ars sit, & virtus.

Ovidius

Ovidius *lib. 2. de Ponto eleg. 1.*
 Difficile est, fateor, sed tendit in ardua virtus.
 Claudianus *Tiad. quadam.*
 Nam via virtutis dextram petit ardua callem,
 Difficilemque aditum primis spectantibus offert.

PREMIUM.

Seneca, teste *Laert.* supra cap. 1. nullum esse aliud virtutis premium, quam immortalitatem, fatetur. Laudans virtutem in eo libro, quem de immatura morte conscripsit: Una, inquit, res est virtus, quæ non immortalitate donare possit, & pares diis facere. Sed & Stoici, quos secutus est, negant sine virtute effici posse quemquam beatum. Ergo virtutis premium beata vita est, si virtus, ut rectè dictum est, beatam vitam faciat: non est igitur (ut ajunt Philosophi) propter seipsum virtus expetenda, sed propter vitam beatam, quæ virtutem necessario sequitur. Quod argumentum docere eos potuit, in quo cetero summum bonum.

S. Chrysost. in *Psalm. 48.* ita scribit: Nihil facit nomen adeo immortalè, ut natura virtutis. Id ostendunt martyres, ostendunt Apollolorum reliquias, ostendunt memoria eorum, qui rectè ex virtute vixerunt. Et in *Psalm. 134.* Extremus virtutis finis est, & quod facit, vel ad summum bonorum fastigium pertingere, Dei esse similes quantum nobis conceditur.

Silius Italicus ita virtutem inducit loquentem:
 Mecum honor, & laudes, & leti gloria vultus,
 Et decus, & ignovis victoria consolator alis?
 Me cinctus lauro perducit ad astra triumphus?
 Casta mihi domus, & celsa stant colle penates.
 Consonat his Horatius *lib. 3. Od. 2.*
 Virtus repulse neficia formidat
 Intaminatis fulget honoribus.
 Nec sumit, aut ponit fecures
 Arbitrio popularis aures.
 Virtus recludens immeritis mori
 Cælum negata tentat ire via:
 Cætasque vulgareis, & nudam
 Spernit humani fugiente penna.
 VIRTUS INTREPIDA.
 INCERTO AUCTORE.

Sicut enim trepidare facit mens conscia culpa,
 Sic animi simplex prohibet, & cognita virtus
 Efficit impavidum pectus: fugit impius utro
 Judiciumque pavet, frontem pius audent apertam
 Tollere, non regis vultum, non judicis ora;
 Non rigidior lictorum enses formidat, & ut acer
 Non metuit flammam auram, non verbera ferri
 Dura potens Adamas, nec onusta pondera palma:
 Arx est ipsa sibi virtus, ipsa eruit arces:
 Ipsa ferens, hominemque domat, non horret infernis
 Ite per hostiles caenos, inimicæ castra.
 Hoc extrema docent; & nostre plurima gentis,
 Que fuerent exempla fidem: cur Scævola dextram
 Nisite in ardentem pruas, & brachia flammis
 Exvenda dedit? pavor est tot millibus unus
 Quem propriis virtus gladiis armavit, & basta.
 Cur tranavit aquas, Iberinaque flamma virgo,
 Cui populus statum posuit Romanus equestrem?
 Vicit: ei lorica fuit cataphalaque virtus:
 Fortior una virtus ducibus præstantior una,
 Cautior una fuit, nullæ, cui prævida virtus
 Præstitit ingentes animos, & ferrica corda:
 Cum duce causa fuit correato guttura ferro
 Stringere, & in petram caput insertare tyranni.
 Regulus ad Lybicas iterum freta noverat arces,
 Impavidamque caput gravio ad vomitæ reportat,
 Prætereò Christi passus inhumana testes
 Funera, Laurentique ignes, Paulique catenas.
 Aspice ridentem Siculi mandata tyranni
 Zenonem, & regis versus in vulnere cives.
 Sed quid rem nimis dubiam fulcire probando
 Prosequimur? nihil est virtute potentius. Ergo, &c.

Nec male in hac rem Horatius *lib. 1. Epist. 1.*
 Si quadringeris sex septem milia desunt,
 Est animus, tibi sunt mores, & lingua, fidesque
 Plebis erit. At pueri ludentes, rex eris, ajunt,
 Si redè facies, hic marus abeunt esto:
 Nil conficere sibi, nulla pallefcere culpa.

Lubet audire, quid de eodem argumento testatum reliquerit *Chrysost. in epist. ad Philippenses.* Virtus, inquit, ubique lucet, & inexpugnabilis est, nihil eam impedit potest, non divitiæ, non paupertas, non principatus, non subiectio, non rerum præfidentia, & administratio, non in morbi, non in ignominia, sed his omnibus in terra relicti ad cælum ipsa pertingit. Duntaxat sit animus generosus, & nihil poterit strenuum, ac solidum impedire, An non per omnia ista efficaciter operati sunt Apostoli? Per gloriam, & ignominiam, per infamiam, & bonam famam? istud demum est athleta ad omnia accommodum esse. Etenim talis quoque est virtutis natura.

VIRTUTUM NEXUS.

Virtutum qualibet ut perfecta sit, omnes alias virtutes connexas habeat oportet. Ita *S. Ambros. lib. 5. in Lucam.* Connexæ, inquit, sibi sunt, concatenatæque virtutes.

S. Hier. ad Fabiolam de 40. mansuetibus. Hærent sibi, & inter se ita connexæ sunt, ut qui unâ caruerit, omnibus caret.

Aug. 1. de Trinit. c. 4. Virtutes, quæ sunt, in animo humano, nullo modo separantur ab invicem. *epist. 28. ait,* omnibus Philosophis placuisse dogma de inseparabilitate virtutum.

S. Greg. 1. Moral. c. 39. Neque enim, ait, unaqueque virtus verè virtus est, si mixta aliis virtutibus non est. *Ep. 22. mor. c. 1.* Una virtus sine aliis aut omnino nulla est, aut imperfecta.

Idem docuit *Plato lib. 5. de regno,* & *Arist. in 6. de moribus,* *Cicero 2. de Offic.* ubi ait inter omnes Philosophos constare, qui unam haberet, omnes habere virtutes.

Quomodo autem qui unam habet, omnes habeat, docet, Atticus apud *S. Hier. Dial. 1. advers. Pelag.* nempe qui unam habuerit, habere omnes participatione, non proprietate. Necessè est enim, inquit, ut singule excellent in quibusdam, ut in Salomone sapientia, in David animi mansuetudo, in Elia, & Phinees zelus, in Abraham fides, in Petro, cui dictum est, Simon Joannis, amas me, perfecta dilectio, in electionis Vase studium prædicandi ut in cæteris vel bina, vel ternaria.

DE VIRTUTIS VIA, ET PRÆSTANTIA. APOPHTHEGMA.

ANTISTHENES, cum nil tam difficile esse feceret, quod studio superari non posset, virtutem etiam posse dici, solebat dicere. *Laert. lib. 6.*

Idem dicebat, virum justum pluris faciendum, quam cognatum. Arctiora enim sunt vincula virtutis, quam sanguinis, Et omnis bonus bono proximo cognatus est, propter animorum similitudinem. *Laert. lib. 6.*

Idem negabat, sapientem vivere juxta leges ab hominibus institutas: sed juxta normam virtutis: Sentiens, non idèò quid faciendum, aut vitandum, quia leges jubent, aut vetant sed quia ipsa ratio dicat, hoc esse honestum, illud turpe, Leges non omnia præscribunt: ac virtutis regula docet ubique, quid sic honestum, quid turpe. Coacta virtus non est. *Laert. lib. 6.*

Idem, cum in theatro populus Atheniensium tumultuaretur, ob vesiculum recitatum:
 Τό άσχηρό, άμύ τοίσι χροσσι οι δόκoi. Id est.
 Quid turpe est, nisi videatur hoc utentibus?
 Antisthenes subjecit alterum:
 Άσχηρό, τίς άσχηρό δόκoi ή άσχηρό
 Quod turpe est, turpe est, sive credas, sive non.
 Eleganter correxit inutilè sententiam. *Plut. in Pericle.*

Diogenes ab Hegesina rogatus, ut libros aliquot commodaret daret? Non sapias ait, cum catinas non pictas, sed veras elias: vera exercitatione neglecta, ad scripseram te confedas. Quo dicto notavit eos, qui per omnem vitam ex philosophorum libris virtutem hautire cupiunt: cum virtus magis uti discatur, quam lectione. *Laert.* Idem dicebat se multos quidem videre colludentes, & discipulantes, non autem qui virtuti operam darent. *Stobæus serm. 4. de imprudentia.*

Stoicorum dogma est nihil esse expetendum, præter virtutem: nihil fugiendum præter vitium. *Eras. Reg. 1. 9. Apophth.*

Quodam tempore, cum Euripides ita de virtute differeret, ut diceret:
 Κρατος άντην ή άρετήν. Id est.
 Hæc missa tenet, est optimum relinquere.
 Quasi virtus inveniri vix possit: furterit Socrates, dicens: Ridiculum esse, cum mancipium, si non protinus inveniat, operæpretium existimemus, investigare: virtutum nulla investigatione dignam judicare, si non protinus contingat homini. *Eras. lib. 1. Apophth.*

DEME-

